



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XLV. Markgraf Ludwig dem Kloster Marienpforte gewisse Hebungen in der
Stadt Fürstenberg und in den Dörfern Schmiedeberg und Golinze, am 4.
Juli 1338

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

status aut preeminencie fuerit, dictas sanctimonialiales vel earum vicarios, quos in dictis ecclesiis duxerint statuendos, in ecclesiis aut bonis eis pertinentibus, contra hanc gratiam et predecessorum nostrorum ac nostram presentem confirmationem aliquatenus impediatur, vel impedire presumat, seu aliquid in premissis sibi vendicet aut usurpet, sicuti omnipotentis dei et nostram voluerit canonicam evitare ulcionem. Ut autem premissa et premissorum quodlibet firma et illa perseverent, ad maiorem huius rei evidenciam nostrum sigillum presentibus duximus appendendum. Datum et actum Zwerin, anno domini Millefimo trecentesimo tricesimo quinto, quarto nonas Maij, pontificatus nostri anno quinto.

XLV. Markgraf Ludwig bestätigt dem Kloster Marienpforte gewisse Gebungen in der Stadt Fürstenberg und in den Dörfern Schmiedeberg und Golinze, am 4. Juli 1338.

In nomine sancte et individue trinitatis, Amen. Ut ea, que sub tempore fiunt, non simul cum tempore labantur, necesse est, ut litteris autenticis ac ydoneorum voce testium robur accipiant perpetue firmitatis. Hinc est, quod nos Ludowicus, dei gracia brandenburgensis et Lusacie marchio, Comes Palatinus Reni, Dux bavarie, Sacrique Romani Imperii archicamerarius, omnibus tam presentibus quam futuris notum facimus publice protestando, quod divine remuneracionis intuitu, ac predecessorum nostrorum animarum ob respectum, devotis in Christo personis nobis dilectis sanctimonialibus claustrum boycenburg bona infra scripta, videlicet septem talenta in civitate vurfenberge in censu mansorum ibidem, in molendino unum chorum filiginis, in villa smedeberg quinque choros tritici, quinque choros avene, quos ab yeskino lykever pro pecunia propria rationabiliter emerunt, ecclesiam ville Golinze, duo talenta denariorum brandenburgensium annuatim in absentia solventem, per borkonem de Kyrchowe ipsis pure et simpliciter propter deum donatam, damus et approbamus, cum omni iure, proprietate, summo atque ymo, cum omni servicio, quocunque modo censetur, cum omni precaria, omnique decima maiori ac minuta, sine omni periculo ac impedimento perpetuis temporibus pacifice possidenda. Renunciamus eciam pro nobis ac nostris successoribus in bonis supradictis omni iuri, acioni et impeticioni, nobis pronunc competentibus, vel que nobis in eisdem competere possent aliquo modo in futurum. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero sunt strenui et milites Almannus de Deygenberge, Johannes Hufener, Camere nostre magister, Gerhardus wolf, dominus Johannes de Kungesperge, plebanus, Nycolaus Oldria, civis de Premzla, adam civis de Posewalk, cum ceteris pluribus fide Dignis. Datum Frankinfurth anno domini millefimo CCC^o tricesimo octavo in die sancti Udalrici.